MATUTINALE CUM DIURNALI ATQUE MISSALE CISTERCIENSE
Stams, 3. Viertel 14. Jh. Seite 347r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



ei. Et uenit certo et ait illis. Dormite iam et requiescite. Sufficit. Venit hora
ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus ecce qui me
tradet prope est. Et adhuc eo loquente uenit iudas scarioth unus ex duodecim
et cum illo turba multa cum gladiis et lignis missi a summis sacerdotibus et
scribis et senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis dicens. Quem
cumque osculatus fuero ipse est. Tenete eum et ducite caute. Et cum uenisset statim
accedens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in
eum et tenuerunt eum. Unus autem de circumstantibus educens gladium percussit
seruum summi sacerdotis et amputauit illi auriculam. Et respondens ihesus ait illis.
Tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me. Cotidie
eram apud uos in templo docens et non me tenuistis. Sed ut impleantur
scripture. Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fuerunt. Adolescens
autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo et tenuerunt eum. At
ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt ihesum ad sum
mum sacerdotem et conuenerunt omnes sacerdotes et scribe et seniores. Petrus
autem alonge secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis et sedebat cum
ministris et calefaciebat se ad ignem. Summi uero sacerdotes et omne concilium
querebant aduersus ihesum testimonium ut eum morti traderent nec inueniebant.
Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum et conueniencia testimonia non
erant. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes
quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manufactum
et post triduum aliud non manufactum edificabo. Et non erat conueniens testi
monium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium interrogauit ihesum
dicens. Non respondes quicquam ad ea que tibi obiciuntur ex hiis. Ille autem
tacebat et nichil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum et dixit ei.
Tu es xpistus filius dei benedicti. Ihesus autem dixit illi. Ego sum. Et uidebitis fi
lium hominis sedentem a dextris uirtutis dei et uenientem cum nubibus celi. Summus